



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Exorcista.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

celebratae interesse , & in fine ipse debet
absoluere . Cæretem . ibid . cap . 56 .

7 Canonico mortuo , sumptibus Capituli
fiat funus ; tum Missa Conuentualis ; &
Missa priuata à singulis sacerdotibus il-
lius Ecclesiæ Prouinc . 4 .

8 Parocho mortuo , successor quotannis
anniuenterium celebret pro eo cum Mis-
sa Parochiali . Prou . 6 .

9 Infra Octauam defunctorum arbitrio
Episcopi , die non impedito , Canonicus
sive Dignitas Ecclesiæ Cathedralis cele-
brabit Missam pro animabus omnium
Episcoporum , & Canonorum Cath-
edralis defunctorum . Cæretem . Episcop . loco
citat . capitul . 37 .

10 Clerus faciat Missas pro ijsdem . Pro-
uinc . 3 .

11 In Collegiatis fiat idem pro Canonicis
illius Ecclesiæ . ibid .

V . Exequia . n . 22 . 23 . 24 . Parochorum mune-
rū . m . 46 . 47 .

Exorcista .

1 N E quis Exorcistæ fungatur offi-
cio sine licentia Episcopi . Pro-
uinc . 1 .

2 Neque duo simul exorcizentur . Pro-
uinc . 4 .

3 Mulieres ne tangatur ab Exorcista . ibi-
dem .

4 Neque ullus quaestus , aut percuncta-
tio ad diuinationem intercedat . Pro-
uinc . 1 .

5 In Ecclesia tantum exorcismi fiant , pau-
cis præsentibus , vno , saltē Ecclesiastico ,
neque ante ortum , neque post solis
occasum . Prou . 4 .

V . Monialium Cura Spiritualis . nu . 30 .

Extrema uncio .

1 E xtremæ uncionis , & viatici , alia-
que Sacraenta non possunt date
confessarij ijs , quorum audierint confes-
siones , licet ij dicant sibi ea denegari à
Parocho . Leo X . A . 1518 .

2 Nisi denegatio sit illegitima , & vici-
norum testimonio probata , aut requi-
sito coram Notario facta doceretur . ibi-
dem .

3 Religiosi non possunt ministrare hoc

Sacramentum , nec etiam in necessitate ;
aliás incident in Canonem . Cler . relig.
de priuilegiis . Sylu . V . V nctio .

4 Licentiam date potest proprius Sacer-
dos , etiam si sit excommunicatus , aut su-
spensus . Sylu . ibid . qn . 4 .

5 Ne pueris vsuratiois caerentibus , ne-
que mulieribus in partu , neque damnatis
ultimo supplicio ministretur . Prou . 4 . Se-
nior confessis , non ægrotis , dati potest .
ibid .

6 Vnam cum viatico , si opus est , defera-
tur oleum infirmorum . ibid .

7 In via Psalmi recitentur . ibid .

8 Sacculo sericeo violaceo de collo pen-
dente feratur olei vas . ibid .

9 Si oleum aliud non sacrum adhibeatur ,
iteretur uncio . Prou . 5 .

10 Oleo veteri sacro poterit uti Parochus
in casu necessitatis . Cong . Episc . 20 . Maij
1590 .

11 Singulis mensibus reddatur ratio De-
putato ab Episcopo de defunctis , & Sa-
cramentis ministratis . Prouinc . 4 .

V . Cessatio à diuinis . nu . 5 . Interdictum num.
38 . 39 . Olea sacra . nu . 1 . 2 . 13 . Peſſis nu . 8 . Re-
gularium iura circa Tertiarias . numero 3 .

Familiaris Episcopi , vel Cardinalis .

1 F amiliaris , & commensalis idem ,
Trid . sef . 23 . cap . 9 . continuæ inquit ,
commensalitatis .

2 Familiares Episcopi , laici , sunt immu-
nes à laica iurisdictione . Congreg . Episc .
7 . Junij 1595 .

3 Cardinalis presbyter potest conferre
primam tonsuram , & minores ordines
suis familiaribus . DD . apud Barbos . de po-
testate Episcop . allegat . 5 . numero 19 .

4 Episcopus titularis non potest ordinare
suum familiarem . Trid . sef . 14 . c . 2 .

5 Potest Episcopus ordinare familiarem
suum , si per triennium secum fuerit co-
moratus , & beneficium quacumq ; fraude
cessante statim re ipsa illi conferat .
Trid . sef . 23 . cap . 9 .

6 Habet hoc etiam locum in minori-
bus , & prima tonsura . Nauarr . cons . 11 .
de temp . ordinat . & decisum refert Ar-
mendar . in addit . ad re omnil . legum Na-
uarræ lib . 1 . titul . 18 . lib . 7 . de Episc . nu-
mero 45 .

7 Trien .